

Notes du mont Royal




www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

270 19 mm
1 June 1915

Lucianus de ratione
conscriventia historiarum, ex
graeco in latinum
traductus,



INVICTISSIMO AC GLORIOSISSIMO DL
uo Maximiliano Romanoru Imperatori Augustissimo,
orbisq; Christiani principi omniu potentissimo fœlicissi-
moq; Bilibaldus Pitckhey met Nurebergensis perq;
humiliter se cōmendat,

¶ Qui iudicio seu vero decertaturi sunt prælio, Impera-
tor exuperantissime, anteq; Martis subeant discriminem, ar-
ma expedire, animi vigorem confirmare, corporis robur
exercere, consueuerunt ut cum p vsum diutum, ac pu-
gnæ simulachru, iam vires fœliciter experti fuerint, rem
aleæ ita demum recte cōmittere valeat. Pariter & me ope-
præcium facturū existimauī, si priusq; officiū a Setenita-
te tua mihi demandatū, aggrederer, ingenii periculū fa-
cerem, ac plane experirer, num iussionibus sacratissimæ
Maiestatis tuæ satisfacere, historiāq; ad me transmissam,
faustis eiusdem auspiciis, e sermone græco, in latinū com-
mode vertere possem. Ex omnibus itaq; auctoribus,
Lucianū potissime delegi, scriptorem sane q; acerrimū,
suauem & iocundum, denisorē nō minus salsum, q; lepi-
dum & vrbatum, Sententiarū grauitate insignem, Figu-
ris vero ac structura modulatū & concinnū, quēadmodū
rerum copia fœlicem, ac verborum elegancia venustum,
pressum pariter & redundantē, omni deniq; dicēdi venie-
re absolutū & rotundum. Cuius cōmentarium de ratione
conscribendæ historiæ, ideo transtuli, vt. Clementia tua
ex illo, tanq; præludio quodam, recte defuturis coniectu-
ram sumere posset, quāuis enī si ad magnitudinem respi-
ciat, opusculū perq; minutulū esse videat, longe tamen
plus in recessu cōtinet, quā aperta fronte polliceat gem-

marum instar minutissimarum, in quas natura maiestas
teru præcia archissime inclusit. Accipe igit̄ Cæsar fortu-
natisime, solita tua bonitate tenuis ingenii monumentū
Nam & deo Opti, ac Max: plus voluntatis simplicitas,
q̄ diuitiarū opulentia, accepta esse solet / cuius te præci-
puum amulatore esse decet, cum eius imaginē in terris
repræsentes, bonisq; nō solum extrariis vniuersos exupe-
res homines, sed & animi dotib⁹, virtute scilicet, ac doctrina,
cunctis præstes mortalibus. Siquidem verissime af-
firmare ausim, non solū inter bellicosos impatores te esse
doctissimū, verum & inter doctos bellicosissimū nec ali-
quem atque post magnū illum Alexandrū, ac Cæsarem
Iulium militarē disciplinā, tam egregie literatū studiis
ac te copulasse / rara hæc fœlicitas, ac omni atuo vix vni
aut alteri concessa. Quapropter meo iure facturus mihi
videor, si tibi principi fortissimo pariter & eruditissimo,
carthacea hæc offerā munera, cum & iam pridem sub te,
nō solum in litteratū monumentis sudauerim, sed & bel-
lis funestissimis militauerim, exercitus duxerim, præci-
pue vero bello Heluetico, auxiliaribus copiis, in subsidi-
um potētia tuæ a Rep: Nurenbergēsi missis, tam eque-
stribus q̄ pedestribus vniuersis præfuerim, ac imperaue-
rim. Nemo igit̄ prudens mihi vicio vertet, si innumeras
bonitatis tuae virtutes ac gloriam, quēadmodum militan-
do, ita & scribēdo imitari, ac reuerēter, sed a longe secta-
ri concupisco / quandoquidem ita a natura comparatum
esse videmus, vt principum moribus, frequēter se subdi-
ti adaptare cōsuescant. Audaciam præterea florentissima
tua pietas mihi subministrat, quotienscūq; enī te, Nuren-
bergēsis reipublica tuæ legatus, reuerēter adeo, tantūq;

numen supplex adoto, nō solū me, vt optimum decet
principē, benignissime audis, sed & gratosissime, ac inu-
neribus quādoq; donatū, absoluī, ac dīmittis. Quidq; q
a sacratissima Maiestate tua, honore tam digne sum ho-
nestatus, vt mera indulgentia, motuq; spontaneo, in con-
siliarium domesticū tuum sim ascitus, ac reliquorum vi-
torum tantorum, numero ascriptus, pro quibus omnibus
si grates dignas referte cuperem, penitus nō valerem, &
si possem, fortuna tua amplissima id minime pateretur.
Verū tamē, donec viuentiū censebor nomine, Serenitatis
tuæ præceptis, mādatis, & iussionib⁹, nō solū humilitet
obsecundabo, sed & perq; obsequenter parebo. Inclite ac
Pīc Cæsar, Victor Fauste, ac Triūphator semp Augste,

LVCIANI VITA.

Lucianus Samosatensis Sophista, cum Traiani Cæsaris
temporibus, apud Antiochiā Syriæ, causas forenses pa-
rū fœliciter egisset, ad scribendū animū aplicuit. Et quo-
niam, omnia deridendo, nil affirmādo, neq; deis neq; ho-
minibus parcit, Athēi nomē sortitus est, & a canibus tan-
dem laceratus esse dicitur: dicta eius præstantiora nō pa-
rum multa, viri Cristianissimi scriptis inferuere propriis,
etsi ille religionis veræ desertor, impiusq; extiterit calum-
niator. Doctus alioqui, ac longe saniori méte dignus, In
presenti vero cōmentario, quanuis subiniciū vt assolet, il-
ludere videatur, illudendo tamē instruit, ac tandem quo
pacto historia sit conscribenda, & gregie, ac præter cōsue-
tudinem edocet.

QVO PACTO HISTORIA CON. SCRIBI OPORETEAT.

¶ Ferūt Abderitas, formose Philon, Lysimacho regnāte, talem inuasile morbum. febri acuta ac vchlementi confestim sub initiū, populariter cuncti corripiebant. septimū inde circiter diem, nōnullis sanguis multus e naribus pfluens, aliis vero sudor copiosus supueniens, febrem dissoluit. vnde in risum & gemitudo illa demū cōuersa est, omnes enī ad tragœdias recitandas impellebant, ac Iambica ad modum vociferantes decantabant. Potissimū vero Euripedis Andromedā lugubri resonabat carmine, Perseiq; verba accurate enarrabant. refertaq; erat ciuitas vniuersa, pallidis & extenuatis illis, septenariisq; tragœdis.

Tu vero diuorum tyranne hominūq; Amor,
Et reliqua, sonora quadā voce cantātium. Idq; longo du-
ravit tempore, Donec hyemis ac frigoris supueniēs aspe-
ritas, eos a nugis illis tādē absoluit. Huic vero rei Arche-
laus tragœd⁹, tūctpis illustris, occasionē p̄st̄tisse mihi
videt, qui media æstate, ac v̄hemēti calore, ipsis Andro-
medā recitauerat. Vnde cōplures in theatro febris inua-
sit, qui inde surgentes postea in tragœdiā delapsi sunt, cū
admodum tenaciter eorū memoriar̄ Andromeda adhere-
ret, Perseusq; cū Medusa, yniuscuiusq; mentem adhuc cir-
cumuolaret. ¶ Vt igitur vnū alteri (vt aiunt) comparem
Abderiticus morbus nunc quoq; multos corripuit erudi-
tos, nō q; tragœdias recitent, tolerabilius enī delirarēt, si
alienis haud malis detinerent Iambis. Sed postq; quæ
pedibus versant cōmota sunt, bellum videlicet aduersus
Barbaros, cladesq; in Armenia accepta, ac victoriā cre-
bra, nemo non historiam scribere aggredit. quin potius

Ad philo-
nem quen-
dā scribit

Carmē ex
Androme-
da Euripi-
dis.

Thucydides, ac Herodoti, Xenophontes quoq; nobis
passim emergunt, adeo ut verū esse videat adagiu illud,
^{Ob Elenē} Bellum terū omniū pater, quandoquidē tot historici vno
nictatem. impetu pducti sunt. ^{Tenū cōtra} Hæc igitur O Amice, cum cerneré
Diogenes & audire, Sitoponensis illud in mentem venit. Cum enī
Philippus macedonū Philippus iam ingruere diceret, Corinthii vniuersi ptur.
Rex. Ale, babant, ac negotiis occupati erāt. Aliqui enī arma præ-
xandri pa parabant, quidam lapides transferebant, illi mania refu-
ser.

ciebant, nōnulli vero ppugnacula firmabant, alii autem
aliud quid vtile subministrabant, quæ cū Diogenes con-
téplaret ac nil haberet quod ageret, nemo enī illius vte-
Lucus iux batur opera, succinxit vestem, ingentiq; studio doliu, quo
ta Corin thū a mul domus vice vtebatur, susq; decq; in Cranio vertere cæpit,
cūdile cor Cunq; a familiari quodam, quidnā faceret interrogatus
porū arbo esset, respondit dolium voluo, ne solus inter tot operates
rū sic dict Doliu vol ociari videat. Proinde ego quoq; o Amice, ne solus intā
uere.

garrula tempestate mutus essem, ne ve tanq; comicū fa-
tellitiū, ostatabūdus ac silens ptransirem, recte me factu-
rum existimaui, si pro virili pariter quoq; dolium reuob-
uerem, non tamen vt historiā scriberem, siue res gestas
enarrarē, quādoquidē nō tam insignis audacia sum ego,
nec tu quid tale de me verearis, Noui etenī quā ingēs sit

Res adino periculū, si quis psaxa voluat, præsentim tam fragile dor-
dū diffici liolum, quale illud meum est, nō admodum firmiter ope-
lis historiā cōscribere. refigulari decoctū, mox etenī vt minuto illidere lapillo
colligere testas cogerer. Quidnā igitē decreuerim regrist

A fumo & scz, vt ipse tutus, ac extra teli iactum cōstitutus, belli par-
vnda sum ticeps fiam, et tibi singula enarrem, consultoq; a fumo &
ptū ex Hos vnda, necnō a curis, quæ huic scribēdi insunt muneri, ab-
micro odis, stineam. admonitionē vero p breuē quandā, præceptaq;
sc̄l. xii.

h̄eē pauca scribētibus suggestam, vt si minus inscriptio; Architecti
nis, saltē ipsius particeps h̄iam adificii, digito summo Lu instar.
tingens, ¶ Verū eniūero q̄ plurimi, admonitione Admoni-
aliqua ad negotiū illud, minime sibi opus esse arbitrantur.
nō magis ac arte aliqua ad eundum, videndū ue, aut co-
medendum, sed admodū rem facilem, paruiq; momenti
ac vniuerscūq; hoīs esse historiā conscribere existimāt,
dūmodo mentis conceptū exprimere quis valeat. Atqui
tu Amice optime nosti, quā arduū negotiū sit illud, mini-
meq; ex istis, quæ per segnitie cōponi solent, sed quod in-
ter cunctā rem literariā, maxima indigeat cura. Si quis
(vt Thucydidis utar verbis) ad æternitatē aspirare ntit̄
Proinde oppido q̄ paucos a sententia me dimoturū, nō
nullis vero molestum valde futurū, certissime noui, maxi-
me qui historiā iam absoluēt, ac in publicū emiserunt,
Sūmaz etenī dementiæ est, sperare eos, qui iam ab audi-
toribus collaudati sunt, qd emendaturos, seu transcriptu-
ros, ex iis, quæ semel approbata, ac velut in regias aulas
reposita sunt, ¶ Ceterum nō ab re forsitan erit, illos eos
dem quoq; alloqui, vt si quando bellum aliud, vel Celtis
cōtra Getas, aut Indis aduersus Bactros cōfletur (nemo Mordet ro-
eni contra nos, qui iam vniuersa subiugauimus, tale quid manus.
auderit,) exactius historiā componere valeant, regulam
hanc, si saltem recta esse videat, ante oculos constituē-
tes, sin minus, ipsi cum eodem illo cubito, quēadmodum
& nunc opus cōmensuranto. Nec medicus admodū do-
lebit, si Abderitæ cuncti sponte recitent Andromedam,
¶ Igitur cum duplex sit consilii officium, Vnum quidem Duplex cō
quæ eligenda, alterū quæ declinanda sint edocet, Age de-
iis, quæ historiā conscribenti fugiēda, & a quibus potissi.

A iii

me sit abstinentia, primo verba faciamus. Dein quibus ut
a vero tramite & recta via non aberrat, sint obseruanda
a quali nam principio sit auspicandum, quis ordo rebus ge-
stis adaptatus, qui modus singulis accommodatus, quae
subtilea, quibus immorandum, quae carptim tantummodo
perstringenda, quo pacto cuncta sint explicata ac coaptata,
haec & similia postea enarrabimur, nunc autem vicia, quae im-
peritos sequi consueuerunt historicos, enumerare pergamus

Barbaris-
mus.
Soloecis-
mus.

¶ Porro, quae nam in omni sermone vulgata sunt errata,
seu in voce ac compositione, seu in sententiis & reliqua insci-
cia, longum esset referre, & ad propositum praesens minime
spectans, communia etenim (ut dixi) omnium sermonum vicia,
aut in voce, aut structura versantur. In quibus vero histo-
rici aberrant, facile, si obseruaueris talia deprehendes, qua-
lia & mihi saepius auscultati visa sunt, maxime, si omnibus
aures, patefeceris. Interim vero non intempestiuum erit, exere-

Primus et
rot eorum
qui omessa
historia in
laudibus
versantur.

¶ pli grauia nonnulla commemorare, quae perperam conscripta sunt
Et primo quantum in illo errant, consideremus. Non plus
rimi enim ex eis, quae gesta sunt, memoria perdere negligunt,
Laudibus vero ducum & imperatorum longius immorantur,
suos quoque in sublime tollunt, ac hostes plus a quo deprimitur,
ignorantes, haud angusto isthmo historiam a laudibus
discretam, & admodum remotam, ac muto ingenti sciuntur
esse. Denique iuxta musicorum prouerbiū οὐις οὐιαπάρω,
mutuo sese respicere interuallo. Siquidem laudanti hoc
unum curat, quo pacto laudare ac oblectare laudatum
valeat, parumque curat, si mendatio quoque subolescenti fi-
nem consequatur. Atque historia, ne tantillum quidem,
momenterne mendatum tollerare potest, perinde ac
dicinis quaque medicorum filii, arteriae meatum intercipi ferunt, cum quicunque
genitoribus vel minimum illuc delapsum fuerit,

Distantia

Gravissi-
mū & acu-
tissimum.
Historia
mendatum
respuit
Peritij me
dicinis q.
genitorib.
atē accepē

¶ Præterea ignorare mihi tales videtur, q; poetices & poe Longe dif-
matū alia sit pfessio, regulæq; peculiares, alia vero histo- ferū histo-
ria. Ibi enī libertas & lex vna prescripta ē, videlicet, quic- ria & poe-
tū quid poetis placitum fuerit. Nūmine enī afflati, ac musis tica.
perciti, & si aligerorū equorū curtū cōiungere, eosq; super
vndas aut aristarū summitates currere voluerint, minime
illis vitio vertetur. Neq; cum eorū Iupiter, terrā pariter
& mare vna resti extracta suspendit, verentur, ne illa ab,
rupta, cuncta in terrā deiecta cōterantur. Sed si Agamē- Notat Ho-
nonē laudare voluerint, nemo illis impedito erit, si ip- merū Ilias,
sum oculis ac capite Ioui similē esse effingāt, pectorē aut̄ dos L. xv.
fratri eius Neptuno, cingulo Marti, oportet enī Atri & Homerum
Aetopac filium, ex omnib⁹ diis quoddā fieri cōpositum carpit illi
haud enī Iupiter ipse sol⁹, Neptunusue, aut Mars, illius Li. viii,
pulchritudinē explere sufficit. Historia ḥo, si adulatioñē Iliados.
aliquā admiserit talem, quid aliud q; pedissequa quædā
poetics efficitur? Siquidē cū magniloquētia illa priuata
fuerit, nec nō reliqua monstra numeris denudata indica- Li. ii.
uerit, longe poeticen se insigniorē ostendit. ¶ Magnū igi-
tur, imo maximū hoc vitium, si quis ea quæ ad historiam
spectant, ab illis quæ ad poeticē p̄tinent, haud nouerit se
gregare, sed historiæ poetices inculcat illeccbras, fabulas
videlicet & laudes, nec non excessus, qui ex illis redundare
solent, perinde ac si quis Athletam quempia ex to-
bustis illis, & ferme illigneis, tiudū, palla amiciat, ac reli-
quo ornatu meretrictio exornet, fuso p̄fricet, cerusaq; facie
expoliat. Dii immortales, quā ridiculum ipsum efficiet, si
tali ornatu eū dedecoret. ¶ Atqui hoc nō dico, q; laudib⁹ Modus in
in historia non sit aliquādo indulgendū, quandoquidem laudibus
tempore cōuenienti laudare decet, modus tamē rei adhi- seruandus.
bendus est, ne talia postea legētibus molesta esse depre-

*Historiae.
finis vtili-
tas.*

*Athletam
fortē & q
vtrumq; ad
uersarium
vinceret.*

*Homo
mollis.*

*Veritate
historia ni-
tatur.*

*Argo ocu-
lacionis.*

hendantur & vt uno verbo eloquar, penitus ad sequētia regulanda sunt, quēadmodū paulo post ostendā. Porro quicumq; historiā in duas partes se recte diuidere arbitrantur, in oblectationē scilicet & vtilitatē. Ideoq; laudem quasi legētibus iocundā & delectabilē, historiā inculcāt, vides ne cōxtū a veritate aberrent. Primo, quoniā adulterina vtūtū diuisiōe. Vnū est enī officiū, ac solus historiæ finis, Vtilitas, quæ non nisi ex veritate cōquiritur, gratior tamen erit, si illā iucunditas subsequat, quēamodū Athletam formam. Sin minus nil prohibet abhercule generari Nicostratū Isidoti, generosum quidē, & vtroq; aduersario fortiorem, q̄uis aspectu sit deformis, certet vero cū eo Alceus pulcher ille Milesius, & in deliciis (vt aiūt) Nicostrati habitus. Tametsi historia, cū obiter iucundū qd interferit, multos ad se amantes attrahat. cæterū si solum id quod sibi p̄prium est (veritatis demonstrationē inquā) absolute possideat, parum illam pulchritudo sollicitabit. ¶ Sanc illud quoq; relatu dignum est, q; neq; ea quidem historia, in qua ferme cuncta fabulosa ac laudibus cliuosa existūt, iucunda esse pōt, præcipue penes eos, qui auricula vtraq; audiunt, ac vbi nō hominū colluuiet, & plebecula indocta auscultat, sed iudicialit, & per iouē Sycophantice quoq; singula expenduntur, per eos, quos nil, ne momentaneū quidē fallere potest, quiq; omni exparte corporis, vel Argo ipso p̄spicatus vidēt, ac nūmulariorū instar dicta singula expendūt. Ita vt adulterina cōfestim abiificant, probataq; ac legitima admittant, & solum quæ exactæ sunt formæ suscipiāt. ad illos te respicere cū historiam scribere agrederis, oportet, reliquos vero floctipendere, etiā si laudando disrūpantur, si vero eosdē neglexes.

ris, historiamq; præter modum fabulis, laudib; ac reliq;
adulatione condieris forsitan cam Herculi in Lydia simi
lem efficies. Eteni, consentaneū est, eum te aliquando de
pictum vidisse, seruientē Omphalæ, & habitu admodum Hercules
enormi instructū. Illam quidē Leonis pelle circū amictā,
manuq; clauam gestantē, ac si Hercules esset, illum vero
Crocoto ac purpura induitū, lanam diuidentē, ac ab Om-
phale plagas sandalio suscipientē. Et quod eo in specta
culo turpissimū erat, dei virilitas, laciniosa, fluida, & in-
cincta veste, indecorē effeminabat. Quinimo, si multi
forsitan hæc tua laudabūt, at pauci illi (quorū tu iudiciū
aspernaris) admodum suauiter, & ad facietatē vñq; ride-
bunt, cū rem tam vecordē, inelegantē, ac male cōglutina-
tā aspexerint. Quod enī vnius cuiusq; propriū, id quoq;
pulchrum est. si vero illud immutaueris, id ipsum preter
vsum indecorū fiet. Omitto q; aliquādo laudes delecta-
biles existūt, maxie laudatis, at alijs molestā, potissimū
si modū excesserint, quēadmodū a multis fieri solet, qui
vt beniuolentiā a laudatis venentur, tam diu eorum lau-
dibus immorantur, donec adulatiōne penitus manifestā
reddāt, haud enī iuxta artem id facere norūt, necq; assen-
tationē adūbrare callent. Sed vehemēter instantes, cūcta
perturbate, indecorē, ac nude effutiunt, adeo, vt nec illud
(cuius desiderio maxime tenentur) consequi valeant. Si-
quidem ii, qui ab illis laude afficiūt, ingenti eos prose-
quunturo dio, ac tanq; adulatores auersantur, sapienter
quidem rebus suis cōsulentes, precipue si animo prediti
sint virili. Quēadmodum Aristobolo cōtigit. Is enī, cum
Allexādri ac Pori certamē cōscriptisset singulare, regi po-
tissimū hunc cōmentationis locū recitabat. Eteni existi-

Quod vni
us cuiusq;
pprium id
quoq; de-
corum.

Adalato-
res.

Aristobo-
lus.

**Allexan-
dri factū
laudabile.**

**Dimocra-
tis si vitru-
vio & Stra-
boni credi-
mus**

**Scriptores
presentes.**

**Rerū sci-
licet & ver-
borum.**

mabat, rem admodū gratam eise facturum, si res quas dā
strenue ab eo gestas ementitus fuisset, factaq; finxisset
veritate maiora. At ille librū accepit, præcipitemq; in yn
dam deiecit (Nam forte fortuna Hydaspen nauigabarit
fluum) verbaq; talia supaddidit. Sic te quoq; Aristos
bole submergi oporteret, tali duello pro me deppugnan-
tem, elephantosq; iaculo ynico cōficientē. Maxime vero
indignatio illa Allexandrū decebat, qui nec antea Archi-
tecti audaciā tulerat, pollicétis se Athon in ipsius imagi-
nem formaturū, montemq; ad regis similitudiū transfi-
guraturū. cōfestim enī adulatoriū hominis ingeniuū de-
prehendēs, opera illius nec in aliis de hinc tebus usus est
Vbi nūc in his delectabile remāet? præterq; si quis adeo
stultus existat, vt his laudibus delectetur, quotū redar-
gutiones præsto & ante pedes sunt. Veluti cum homines
deformes, precipue vero mulierculæ pictores admonent
vt se se q; pulcherime depingant. Etenī longe se elegan-
tiore force existimāt, si fuco copioso facies incurrat, mul-
toq; pharmaco cerusa cōmisceatur. ¶ Tales hodie quoq;
scriptores q; plurimi reperiuntur, qui cōmodo pprio ac
vtilitati, quā ex historia se adepturos sperant in seruit.
quos tamē odio habere optimū esset. Cum presenti tem-
pore adulatores manifesti & inepti existant, in posterum
vero, vniuersum negotiū excessibus suspectū demonstrēt
¶ si quis omnino delectabile quid, historiæ vniuersæ cō-
miscendū esse arbitratur, alia orationis ornamēta, quæ cū
veritate iucunda sint, inserere studeat, quæ tamē plurimi
negligentes, ea quæ minime ad rem spectāt, introducere
cōsueuerunt. ¶ Proinde narrare pergā, quæ nup in Ionia
ac per iouem, in Achaia quoq;, paulo ante a scriptoribus

quibusdam, qui bellum illud descripserant, me audiuisse
memini. Ceterū, per gratias, nemo dictis meis fidē dene-
get, vera etenī sunt, nam & iurare quoq; paratus essem, si
iuramētum urbanum mihi delatum foret. Etenī eorum Reprehē,
quispiā protinus a Musis exorsus est, deasq; inuocauit, dit scripto,
vt scriptis suis aspirarent. Videnq; concinnū principium rem quēdā
historiæq; pedibus aptū, actali dicēdi genere congruū! Ironice
Deinde paululū progressus, Achilli principem nostrum
Thersiti vero persarū æquiparabat regē, ignorās, longe
sibi præstatiōrē fore Achillem, si Hectorē potius obtrun-
casset q; Thersitē, atq; si prius fugisset excellens quispiā Sumptū ex
persecutus quæ fuisset ipsum longe præstatiōr. Deinde ^{homeri ili,}
laudes quasdam de semetipso inscruit, addiditq; dignū fortis præ-^{a. Li. xxii.}
se esse, qui res tam egregie gestas describeret. Post hec de bat fortis,
Hectens, patriam suā laudauit, asserens, longe se rectius. ^{or stren,}
^{nue sequa,}
Homero agere, qui nullam patriæ suæ fecili et mentionē batur.
Tandē in procœmii calce, palam ac manifeste pollicebat Mendatia
in maius nostra se sublaturū, Barbaros vero pro virili de scripturnī.
bellaturum. sicq; historiam incœpit, pariterq; causas, cur
bellū exortū esset explicuit. Ille(etenī) inquinatissimus A cōuiciis
ac pessime peritus, Vologesus, ppter causam talē bel. exorsus est
lare cœpit. Et hic quidē talia. Alius vero Thucydidis Reprehē,
æmulator, & summus quidē Authoriq; admodū egregie ^{dit alium} scriptorem
cōparādus. Princiū (quēadmodū ille) suo ipsius noīe Thucydi,
auspicatus est, exordiū sane omniū gratiostissimū, Thy. di.
mumq; redolens Atticum. Agesis cerne. Creperius Cal. Ironice.
pumianus Pompeiopolitanus, bellū parhotū Romano, dide sump-
rumq; quod inter se gesserūt, cōscriptū, exorsus cōfestim ^{tum princi-}
postq; constatum est. Proinde post principium tale, quo ^{piū illud.}
pacto tibi reliqua quoq; explicem: quēadmodum in Ar.

mēnia, Corcyrensem illum Rhetorē in mediū adducens
Thucydi, perorauit. Qualiterue Nisibetis, quoniā Romanis ob-
dis instar. temperare alpemarentur pestem itaduxit. Vniuersa peni-
tus a Thucydide cōmodo sumens, excepto dumtaxat pe-
lasgico, ac longis muris, in quibus tunc morbo infecti ha-
bitabāt. in reliq̄s vero, vt ille, ab Aethiopia luem dedux-
it, & quo pacto in Aegiptum, ac magna ex parte in regis
terras descendisset, recteq; agens ibi mansisset, ostendit.
Cæterū ego illum, miseros adhuc Athenienses Nisibi se-
pelientem, relinquēs discessi, egregie callens, quænā etiā
me digresso dicturus esset. ¶ Proinde & illud quoq; per
cōbellese habet, arbitrari, scriptis Thucydidis maxime si-
mile esse, si q̄s immutatis nō nullis, quæ illius p̄ptia sunt
referat. Parua sunt hæc, vt & tu forsitan inquies, At (per Io-
uem) patrum abfuit, quim & illa pertransirem. Etenī idē
ille scriptor, varia armorum & machinarū genera, eo quo
Romani appellāt nomine, historiæ inscripsit, pariter & fos-
sam, pontemq; ac talia multa immiscuit. Cæterū trihi cō-
sidera, quænā historiæ sit dignitas, maximeq; Thucydi-
di cōueniens, si inter vocabula Attica, Italica hæc inserā-
tur, tanq; purpurā ornātia, decēta, & penitus cōueniētia.
Aliū taxat ¶ Quidam vero aliis ex illis, rerum gestarū cōmentaria
colligens nuda, scriptis mandauit. Verū admodum pe-
destria, humiq; repentia. qualia miles gregari⁹ quispiā
quæ in diem accidunt describens, cōponere potuisset, seu
faber lignarius, caupo e aliquis, cū exercitu circuerrans
preterq; Idiota ille modestius egisset. Etenī ipse, qua-
lisnam esset, confessim sub initium ostendit. Sed quoniam
vt cuipiam elegātori, magisq; idoneo, historiā peitractā-
dam relinquēt, elaborauit, Solū hac in re ipsum accu-

Eundē ite,
rum tepe,
hēndit.

Verba to,
mana grx
cis immis-
cuit.

Aliū taxat

Diania.

fauerim, q̄ nimis tumide ac tragicē, preterq; rerum gesta
rum fortunā, libros inscripsit Callimorphi Medici, ex Prim⁹ vide
hastatorū ordine, historiarū parthicarū, numerusq; cuius, licet secun-
dus tertius, bet libro sup additus erat. Et (per Iouē) procēmiū quoq;
perq; fragile composuit, ita enī colligebat. Historia sc̄i,
bendæ officiū maxime ad medicū spectare, quoniā Aes-
culapius Apollinis esset filius, Apollo vero Musarum Argumen-
ductor, ac vniuersit̄ eruditionis princeps. Illud quoq; re- tum ridicu-
prehensione dignū, q; cū lingua Iōnica scripta sua incho- lū.
asset, nescio qua causa motus cōfestim penitus in cōmunitō Scommis-
mutauit, Nam vocabula vere cōtubernalia, ac vili plebe Non gra-
culæ cōmunia, usurpauit veluti medicinale experimentū cā cōmunē.
Insanitas, & reliqua id genus vt plurimū triuialia. ¶ si sed vulga- rem.
me viri sapientissimi quoq; mentionē facere oportet, no- Aliū corrī-
mē tamē illius latenter dissimulabo, solumq; sentētias ref pit.
feram, ac commentaria nuper Corinthi recitata, omni spe Ironice
præstantiora explicabo. Etenī confessim sub initiū, ac in Deridet
prima procēmii periodo, legētibus proposuit sermonem Syllogis-
perq; mirificum, ostendere intendēs, q; solum sapientem mis histo-
conscibere historiā deceret. Inde paulopost, alios super riā cōscri-
alios induxit syllogismos, penitusq; figuris omnimodis bentem:
procēmiū absoluit, etiam vīcī ad adulatioñis facietatem,
adeo, vt laudes quoq; molestæ ac valde scuriles, syllogis-
mo non carerent, sed ex ppositionibus & cōclusionibus
illæ quoq; cōstarent. Proinde illud perq; odiosum mihi
visum fuit, ac minime viro philosopho, tanq; densæ ac p
missæ barbæ cōueniens, quod in procēmio protulit, prin- Aliquid
cipem nostrum, præcipuum hoc consequutum esse, vt ei- laude dig-
us res gestas, philosophi quoq; iam conscribere digna- num.
rentur. Tale enī, si saltem quid erat, non se ipsum dicere,

Aliū car- sed nobis considerandū relinqueret oportebat. ¶ Atqui
pit. neq; illius fas est obliuisci, qui tali principio exoriens est
Ex herodo Venio dictur de Romanis & Persis. Et paulopost, oportebat enī Persis male euenire. Et iterum Erat Osroes quē
so sumptū græci oxyroen nomināt Aliaq; multatalia, videsne hunc
alteri similem esse? preterq; q; ille Thucydidi, hic vero res
cōte admodum Herodoto aequiparari potest. ¶ Quidam
Aliū scrip- alius in dicendi facultate oppido q; celebris, Thucydidi
torē notat. & ipse similis, vel paulo præstātor illo, ciuitates cūctas
Hercules cōfinia, cāpos, ac flumina, planissime (vt ipse existiabat)
Alexica, expressit. At hæc in capita inimicorū, Hercules malorū
cos. depulsor, auerterat, siquidem frigiditate Caspiacam niuē,
Abhomis, Celaticamq; glaciem exuperabat. Porro imperatoris Cly-
niantis est. peus, integro vix absolutus est libro. Etenī in vmbilico,
Gorgon existebat, cuius oculi ex cœruleo albo ac nigro,
mixti erāt, Zona vero iricolor. Draconesq; dependuli &
Friuola saties ac cincinni erant. Fœminale vero Vologesi, & equi
frenū, proch Hercules, ex quot verborū myriadib; vnū
quodq; illorum constabat, qualisq; coma Osroi Tigridē
transnatantis erat, ac in quale antrū perfugit, hedera mir-
to ac lauro tectū. Quæ ideo simul coaluerant, vt sua opa
Super va- citate vbertim illud inumbrarent. Age cōsidera, quā histo-
caeca. riæ hæc sint necessaria, quēadmodumq; sine illis, quæ il-
lic gesta sunt, noscere minime potuissimus. Cæterū tales,
Exemplū. ob imbecillitatem vtilium, vel ignorantia dicendorū, ad
huiusmodi regionū & antrorū descriptiones se conferūt,
ac quotiescūq; in res fusas & arduas incidūt, similes esse
videntur seruo, recens ex hæreditate domini locupletato,
qui, neq; quo pacto vestem henilem induere, necq; qua le-
ge coenare oporteat, nouerit, sed appositis Gallinaceis,

A prugnis & leporinis camibus, saepius fabis, ac sordi-
diffimis quibusq; cibariis, ita se ingurgitat vt vorando
tantum nō disrūpatur. ¶ Ille igitur scriptor, de quo dixi, Reprehen-
vulnera admodum incredenda, mortisq; genera noua de dit de mē,
scripsit / Quēadmodum quidam in digito pedis magno dacio.
vulnere accepto, confessim occubuerit & q; Prisco exerci-
tus ductore, tantū inclamante, decem & octo ex hostib⁹
animam efflauerint / Quid q; in casorum quoq; numero,
idq; preter scripta in principū epistolis contenta, métitus
est. Ait enī in pugna iuxta Europum cōmissa, hostiū My-
riades septem & triginta, sexq; supra ducentos cecidisse / Europus
Syrie est
vrbis Sce-
ratos esse. Hæc haud scio, an quis mentis compos tolera- phano au-
re valeat. ¶ Atqui nec illud, tanq; parui momenti prate- cto. Aliud vici
reundū est, Nam vt plane Atticus, voceq; defecata, ada- um.
mussim vsus esse videretur, Ita Romanorū nomina fin-
gere, ac in græcam cōuertere linguam dignū duxit, vt Sa-
turninū Kronum, Phrontonē vero phrontim, Ticianum
quoq; Titaniū apellare ausus sit / nec non alia quoq; his
longe magis ridicula. Insuper ille idem, cū de Seueriani
obitu scriberet, cunctos reliquos deceptos fuisse affirma- Resnō cre-
uit, existimantes, ferro illum sibi necem consciuisse, quan- dēdas scri-
doquidem inedia potius e vita migrasset, mors etenī illa bens.
leuissima sibi visa est, sed ignorans cladē illā infra triduū
(vt arbitior) acceptā fuisse, eos vero qui cibo abstinent, vt
plurimū in septimū durare diem nisi quispiam Osroem
expectātem pmanisse suspicetur, quoad Seuerianus fa- Taxat poe-
me periret, ideoq; per septem dierum spatium, exercitū ticus scribē
non admouisse. ¶ Porro, eos qui poeticis in historia vtū, ticus scribē
tur verbis, quonā loco formose philon, quis cōstituet, di- tes verbis.

Ironice. centes, conquassata est machina, murusq; boando delapsus est. Ac iterum in alia parte historiæ venustæ, Edessa e quidem vndiq; armis circuistrepebat, & fragor erat, clangoreq; cuncta reboabant ac dux quanā parte potissimū exercitum admoueret, deliberabundus mente versabatur. Interim tamē vocabula vilia, plebeia, & ieiuna, multa vndiq; inculcata inuenies, veluti, scripsit Capitanus domino, & soldati comparabant indigentia, & iam balneati fiebant ad eos, taliaq; id genus, Ita vt res Tragædo uno p de focco excuso ingrediēti, altero vero Sandalio induito, Redargu^s it nūm cu[m]tentes admodū similis esse videatur. ¶ Atqui & alios cernere est, proœmia splendida, Tragicaq; ac mirū in modum p lixa conscribentes, ita vt in spem euadas, penitus ad miranda dehinc te auditurū. Cæterū corpus ipsum, quantū ad historiam pertinet, pusillum ac in generosum introducentes, adeo, vt admodum simile sit Pusioni (sicubi amorem ludentē vidisti) larua perq; maxima seu Herculis, seu Titani Personato. Confestim igitur audientes ipsis Atheneus acclamant, parturiū montes. Verum haudita, sed vt coloria ac similia cuncta sint, conuenit, capitiq; reliquum congruat corpus, ne ex auto sit cassis, Thorax vero ridiculus admodū, ex centone quopiam seu pelle marcida cōfusus, at scutum falignum, circaq; tibias potinū. Cernis siquidē lepidos illos scriptores, Nano corpi, caput Rhodiorum Colossi Imponere. Alios vero contra, capite carētia introducere corpora, confestimq; absq; proœmio a rebus ipsis ordiri, Xenophonem scilicet imitantes, ita incipientē, Dario ex Parysatide filii nati sunt duo. Nec non priscos illoshistoricos, ignorātes, proœmiū vim quādam Xenophō: continere multos latentem, quēadmodum in aliis ostentis.

demus cōmentariis. ¶ Cæterū hæc oīa toleranda essent, Aggredit
vtpore, quæ eloquutionis, seu reliquæ dispositionis sunt ^{maiora yis-}
victa, Verum de locis ipsis mentiri, nec solum in parasan ^{tia.} Parasange
gis, sed & integris dierum cursibus decipi, cuinam hone-
sto simile existit? Siquidem illorum quidam, adeo seco-
de res gestas collegit, vt nec Syrum aliquē sciscitatus fue ^{Inexperte} scribens
rit, neque (vt dici solet) eos qui in tōstrinis de talibus fabu-
lantur audiuerit, sed de Europo Syrie vrbe referens, ita Error loco
dixerit, Sita vero est Europus in Mesopotamia, ab Eu- ^{rū.}
phrate duorū dierū itinere distās, eaque Edesseorū est Co-
lonia neque eo contentus. Sed & patriam meā Samosatā,
in eodem libro, generosus ille attollens, cum arce pariter
& muris, in Mesopotamiam vſque transportauit, ita vt am-
bobus illam intercluderet fluminibus, vtrinque defluēdo
preterlabētibus, ac tantū nō muros alluentibus. Proinde
nonne hoc risu dignum foret si me nunc Ophilon coram
te excusarem [¶] neque ex Parthia neque ex Mesopotamia
oriundus essem quo me admirandus ille scriptor relega-
uit. ¶ Atqui& hoc (per Iouem) admodū veri simile, quod
ille Idem de Seueriano iureiurādo affirmat, Idque se aquo
dam, qui ex ea pugna auffugerat, audiuisse refert, neque ^{Scomma:}
ense illum, nec veneni haustu, aut laquei nexu, decedere
voluisse, sed morte quandā tragicā, inauditæque ac nouæ
audatiæ excogitasse forte enī fortuna, prægrandia illum
ex vitro limpidissimo habuisse pocula, postque vero omni
nō mori decreuisset, Scyphum fregisse maximū, illiusque Ridiculū
fragmento ad cædē vsum, eoque vitro guttur sibi incidisse
Ita neque gladiolū, nec lanceolā repperit, vt virilis & He-
roicus sibi obitus cōtingeret. ¶ Inde postque Thucydides
primos illos, in bello cesos, funebri quadā laudat orati-

One, Ipse quoq; Seuerianum simili exomandum esse exi-
stimauit. Siquidem omnibus ipsis cum Thucydide cer-
tamen est, quamuis acceptæ in Armenia clavis penitus

Cum Thu
cydide
æmulādo
certant.
Apud thu
cydidein.

culpa ille careat. Igitur Seuerianum magnifice sepeliens,

Aphraniū quendam Silonem centurionē, cōtra tumu-
lum statuit, Periclis scilicet æmulum, qui cōcionādo tot ac
talia de ipso perorauit, vt(līc me gratiæ adiuuēt)præ ni-
mio risū, vehementer illachrymari coactus fuerim, maxi-
me cum rhetor Aphranius, in orationis fine, lachrymans.

Ad instar
Aiacis sui
ipsius cedē

cum eiulatione, ac tam acerbe affectus, sumptuosas illas
ac lautas cōmemorat cœnas, ac pocillationes. Inde vero
Aiaceum quendā annexit exitum, Etenī ensem admodū
generose, & vt maxime Aphraniū decebat, distringens,
i omniū oculis seipsum supra tumulū iugulauit, haud in-
dignus (per Gradiū) longe matuore perire morte, quo
niam talia Rhetorisaret addit & præsentes cunctos hæc
vidisse, summisq; laudibus Aphraniū extulisse. Ego si
quidem, et si in aliis ipsum damno, tantum nō iuris & ol-
larum mentionē faciente, placantarumq; recordatione il-
lachrymantē, potissimū tamē in hoc reprehēdo, q; scripto

Scomina.

rem & fabulæ authorē, nō prius iugulauerit, sicq; ipse de
inde occibuerit. ¶ Multos alios Attice his similes tibi
enumerare possem, verūtamen paucorum facta mentio-

Reprehen-
dendo id
docet.

ne, ad alterum promissum iam transibo, Cōsilium scilicet
quo pacto quis venustius historiam conscribere valeat.
Etenī cōmtere est aliquos, q; facta ardua & memoratu di-
gna prætermittūt, seu transcurrūt, obruditatē vero ac im-
peritiam, necnon ignorantiā eorum qnæ dicenda, seu ta-
cenda sunt, minutissima, admodum diffuse & anxie im-
morando exponunt. Petinde ac si quis vniuersam Iouis

De iis qui
minuta de
scribunt.

Olympiaci pulchritudiniē, talem ac tantam, nō respiciat De iis quā
neq; laudet, nec ignorātibus enaret. At scabelli affabrū ininutade
& politum artificiū, calceiq; cōpositionē concinnā admi- scribunt.
retur, hæcq; perq; maxima enaret diligentia. ¶ Audiui Oratores Taxat alij
siquidem quendā, pugnā iuxta Europū cōmissam, ne se ad Clepsy
ptē quidē verbis itegris pcurrisse, vigitiū vero aquæ men- dram pete-
suras, seu paulo plus, in frigidam & nil ad nos attinen- orabant.
tem cōsumpsisse narrationē. Quēadmodū Maurus qui-
dam eques, noīe Mausakas, præ siti vagabūdus p mon-
tes, repperit Syros quosdā rusticos, prandiū apponētes,
& q; sub initiū illi hominē timuerint, inde certiores facti,
ex amicis esse, eum hospitaliter suscepérunt, ac ad prandiū
inuitauerint, forte fortuna enī ex illis quendam, ad Mau-
rorum regionem quādoq; pfectum esse, fratre eadē in ter-
ra militāte. Dehinc fabulae ac narratiōes longæ, quo pa- Imputatio.
cto in Maurusia venatus fuisset, & q; elephantes multos ia.
simul pascētes vidisset, quo pacto ab leone ppe modum
deuoratus fuisset, & q; magnos pisces in Cæsaria emisset.
Admirabilisq; scriptor, tantas in Europa cædes ppetra-
taras relinquēs, Incursiones quoq; ac inducias coactas,
necnō excubias, mutuasq; excubias, advesperū vscq; pfun-
dum absistit, cernens Malchionatum Syrum, in Cæsaria
Scaros pregrandes, vili pretio emptitantem. ¶ si nocte
præuētus nō fuisset, forsitan Scaris iam coctis, cum illo
coenasset, quæ ni diligēter historiæ mandata fuissent res
ardue nos latuissent, Romanisq; damnum intollerandū
accidisset, si Mausacas Maurus sitiens, potum haud in- Ironice.
uenisset, sed incoenat⁹ ad exercitum reuerisset. Tametsi
alia longe magis necessaria nūc pretermisso, Quēadmo-
dum tibicina ex pximo pago ad illos venerit, & quo pa-

C

cto munera inuicem dederint, Maurus quidē Malchio,
nī lanceam, ille vero Mausace fibulam, necnō alia eius.
modi multa, quæ in prælio iuxta Europū acciderūt. At,
qui hæc precipua sunt capita. Idcirco merito quispiā dixe
rit, Tales quidē rosas cernere minime, spinas vero radici

Reprehē, contiguas diligenter contemplari. Alius quidam, Cha
dit alium. re Philon, admodum quoq; & ille ridiculus, cum nunq;
ex Corintho alterū pedē extulisset, neq; Cenchreas vscq;
profectus fuisset, Syriam seu Armeniā minime vidisset,

Exordium scriotoris inepi. Ita exorsus est (metini etenim) oculis aures incertiores,
nunc itaq; scribere aggredior, quæ vidi, nō quæ audiui.

Dracones Parthorū. adeoq; diligenter omnia inspexit, vt Dracones Parthotū
(est vero hoc multitudinis apud eos signū, Draco etenim
mille vt arbitror complectit) Dracones viuos pregrati-

Scomma. des esse dixerit, in Persia parumper sup Hiberiam geni-
tos, Parthos vero illos in contis magnis ligatos, alte su-
spendere, vt a longe ingruentibus timorem incutiant. At
in ipso opere cum iam in pugniā deficerent, Dracones
solutos, in hostes imittere, quinetiā multos ex nostris ita
deuoratos, alios vero spiris cōstrictos, suffocatos, & extin-
ctos esse. Et hæc ipse præsens cōspexit, securus tamē, nā
ab arbore eminenti cuncta speculabat, & sapienter qui-
dem egit, q; cominus cum beluis cōgressus nō est. Si qui-
dem scriptorem illum admirandū nūc haberemus mī-
me, qui in bello isto, opera tam magna & insignia manu

Scomma Lucus iux-
ta Corin-
thum. ppria petegit. Etenim peticitatus est vehemēter, ac insup-
circa suram vulneratus, scilicet, cum a Cranio lernam ver-
sus ire pergeret. Et hæc Corinthiis audientibus legebat,

Lerna fons extra Co-
sinthum. certissime scientibus, illum neq; in paniete depictum vi-
disse bellum. Quid q; nec armorū genera, nec machinas

quales essent cognoscebat, neq; acierum vel agminum
nomina recte tenebat Maxima igit adhibita cura, obli-
quam appellat aciem, quæ erat recta, pariterq; per comu-
dixit exercitum ducere, id quod est in frontem dirigere,
¶ Alius quidam optimus, ab initio ad finē usq;, vix quin Alium nō
tat.
gentis integris complectēs verbis, quæ in Armenia, Sy-
ria, Mesopotamia, iuxta Tigrim, in Media gesta sunt, có-
scripsit & quāvis ita fecerit, historiam tamen se texere in-
quit, inscriptionēq; ipso ferme libro prolixiorē fecit An-
tiochiani i sacro Apollinis certamine victoris (forsitan enī Inscriptio
libri.
ut arbitror pueros in Armenia & Mesopotamia currēdo-
nō scribendo superauerat) eorū quæ a Romanis in Me-
dia iam gesta sunt explicatio. ¶ Quid, q; futura quendā Alii taxat
conscribere audiui, Vologesi scilicet captiuitatē, ac Ostro-
interitū, quēadmodū leoni obiiceret, & sup omnia desy-
deratissimū nobis triumphum Ita spiritu perq; fatidico
instinctus, ad historiæ festinavit exitū Quinetiā urbem Facetum
in Mesopotamia iam condidit magnitudine maximam,
pulchritudineq; pulcherrimā Præterea liberat ac con-
sulit, nunquid a victoria Nicea sit appellanda, an concor-
dia, siue pacifica, Idq; adhuc sub iudice pendet, noīe ves Scomma.
so pulchra illa ciuitas nobis caret, nūgī variis, historico-
q; mucore plena ac referta Porto quæ apud Indos de-
hinc gerent, Oceaniq; nauigationē se iam scripturū pol-
licetur, nec pmissiones hæc solum, sed iam procemiū Indi-
æ compositū est historiæ, legioq; tertia, ac Celte Mauro-
rumq; manus haud contēnenda, hi omnes Indum fluuiū
vna cū Cassio traiecere Quid vero acturi sint, quove pa-
cto Elephantorū excipient impetum, paulo post mirabi-
lis scriptor, a Mucuride, seu Oxidracis nos certiores red. Noia loco
nū in Indis

Quicquid
in Buccā
venit.

Inepta fi-
ctio.

Sagalasis
ciuitas Pi-

Librum de
victoria
Parthorū
sed est fal-
sa compo-
sitio.

Scotoma
Hic ab irri-
sione desi-
stit & pro-
missum ag-
reditur opus.

Liuor ipse
Prudentia
ciuilis dicē
dīq; facul-
tas historiā
sunt neces-
faria.

det Talia multa ob eruditionis inopiam nūganſ; & quæ
aspectu digna sunt minime cernūt, neq; si viderent, p di-
gnitate eloqui possent. Cæterū cōminiscentes & fingētes
quicquid ad importunā (vt aiunt) lingua m̄ venerit, effu-
tiunt.

¶ Quid q; librōrū gloriāt numero, præcipue vero
inscriptiōnū superbiunt titulis, Nam & illi admodū sunt
ridiculi, videlicet parthicarū historiarū libet venustissi-
mus talis, & iterū Parthidos primus, secūdus, perinde ac

si Attidos diceret.

¶ Alius qdā lōge vrbanius, legi etenī
Demetrii Sagalasensis Parthonicica, nō ridendi gratia,

seu vt tam lepidam repræhenderem historiam, sed poti-
us vilitatis causa, scilicet, vt quicunq; hæc & similia decli-
naret, is magnā partem recte scribendī sibi vendicasse co-
gnosceret, immo se paucis adhuc indigere sciret, si saltim
verum est Dialecticorū illud, immediatorū vnius subla-
tio, alterius penitus est introductio.

¶ Sed dixerit quispi-
am, exacte area expurgata est, ac spinæ quotquot erant
euulsæ, vepresq; extirpatæ sunt, necnon aliorum rudera
iam eiecta, & si quid asperū fuit hoc plane levigatum est,
generosum te ipsum ostendere oporteat, sed & quippiam

excoxitare idoneū, quod nemo nec Momus ipse, carpere
possit.

¶ Cassero, igitur necesse esse, vt quicunq; historiam

cōoptime cōscribere aggredit, hæc duo potissimum secum
tanq; peculiaria afferat, prudentiā scilicet ciuilem, dicen-
tias facultatem. At qui peritia nullo pacto addisci potest
vtpote, quæ naturæ tantū munus existat, Eloquēdi vero

virtus, exercitatiōe multa, labore assiduo, veterūq; imita-
tione acquiri solet.

Cæterum suūt hæc citra artificiū, neq;

me cōsultore indigent.

Etenī reddere ingeniosos, ac præ-

ter naturam industrios, hic noster libellus promittit mi-
tione. Siquidem multo precio, immo potius vniuerso di-
gnus esset, si transformare, tamq; decora tribuere posset.
Etenim esset hoc plumbum in aurū, seu stannū mutare in
argentum, ex Cononeue Titomoni, siue ex Leotrophide Ex Athles-
reddere Milonem. Quādoquidem artificii ac consilii uti- ta imbelli
litas, minime ad fabricam eorū quā cōponunt, sed poti- reddere for-
us ad cōmodū illorū usum spectare deprehendit. Per- tem.
inde ac si Iccus, vel Herodizes, seu Theon, siue ali⁹ quis, Nominā
piam exercendi magister, tibi polliceat, si perdicas ei in Magistro,
custodiā tradit⁹ fuerit. Et si nouerçæ suæ sit amator, ideo, Imbellis
q; macie confessus, (nō Anthiochiū Seleuci filium Stra- mordet
tonicenq; illam dico) in Olympicis victoriē, Theageniq;
Thasio, seu Polydamāti Scotusæo, certamine paré ipsū Perdicam
redditurū. Ceterū si materia tradita, ad gymnastices per- quendam
ceptionē habilis erit, longe præstantior cum arte cōpare, nouerçæ
bit. Absit igit̄ a nobis tam odiosa promissio, vt arte rem nota apud
adeo difficultem & arduā. præstare posse affirmemus. Nō Vale maxi-
enī quemlibet suscipientes, hunc illico historicū nos red- mū & Iusti-
dituros asserim⁹, sed industria naturali prædito, & egre- num.
gie in dicendi facultate exercitato, vias quasdam rectas
ostensuros nos pollicimur. Quib⁹ si vsus fuerit (dūmodo
tal⁹ extiterit) eiti⁹ & facili⁹ ad metā vſq; ptingere valeat, Nominā
¶ Atqui ne censem⁹, ingeniosū arte & disciplia, in iis quā Athletarū,
ignorat, haud indigere. Alioquin & si quis Cithara pulsa
re, scutib⁹ iis modulari non didicisset, cuncta tamen recte quoq; arte
noscitaret, sed quoniā haud didicit, nil horū callet. Cū ve- indigeat
to illi quispiā præmonstrauerit, facile p̄cipiet, & a seipso Qualem
recte dein ptractabit. ¶ Nunc itaq; talis nobis tradat di optet disci-
cipulus quispiā. Intelligēdo ac dicendo nō ingenerosus,
C iii

**Exptus sic Historio-
graphus.** sed perspicax, & qui rebus sibi demandatis recte uti nos-
scat, Cui magnanimitas militaris, sed ciuitati coniuncta,
neconon imperandi peritia, contigerit. Et (per Iouem) qui
aliquando in castris quoque fuerit, militesque se exercitantes,
ac in ordines explicatos viderit, arma & machinas noue-
rit, ac quid in cornibus, quidve in fronte prouidendum sit
calleat, quo pacto agmina, quemadmodum & unde equi-

**Condicio-
nes Histo-
riographi.** tes educendi, circuducendique sint. Et penitus haud ex illis
existat, qui nunquam e domo pedem protulerint, & qui non
temere nunciantibus fidem adhibeat, maxime vero pre-
cunctis animi sit liberi, nemine timeat, nihil speret, alios
quin prauis similis erit iudicibus, qui seu in gratiam, siue
in odiu sub mercede iudicant. At qui nec curae sit illi, neque

**Philippus
Macedo.** Philippus ab Astero Amphipolitano sagittario in Olin-
thi obsidione exoculatus, sed talis qualis erat ostendatur

**Cliti Cæ-
des ab Ale-
xandro in
cōiuio p/**petrata.****

neque Allexander tristabit, si Cliti cædes in cōiuio cru-
deliter ppetrata, manifeste describat. Nec Cleonē ipsum
timebit, quis magnope in contionibus sit potens, sugge-
stumque obtineat, quo minus dicat, principiosum ac furiosum

**Cleonis
mentionē** hominem illum fuisse. Neque vniuersa Atheniensium respub-
licæ referet, si Clades in Sicilia accepta, Demosthenis capti-
vitas, ac Nicia obitus narretur. Quemadmodumque siti affe-
des facit.

**Quæ om-
nia Thucy-
dides scri-
psit.** Eti extiterint, qualem aquam biberint, quo pactoque multi
in potu depræhensi, cæsi fuerint, Ipse etenim (qd' & iustissi-
mum est) a nemine, qui mentis est compos, esse in culpa

existimabit, si infeliciter aut stulte acta, vt gesta sunt ex-
pliabit. Non enim factor, sed rerum illarum erit comemora-
tor. Ideo nec ille cum nauali decertabunt prælio, eos sub-
merget, nec si in fugam vertent psequeret, nisi vt indecorum
subsequatur optare velit. Quādoquidem si tacendo ad-

uersa; vel cōtrarium scribendo, res male gestas corrigeret
liceret, facile Thucydides quoq; vno prætenui calamo,
murum apud Epipolas euertere, Hemocratis tritemem
submergere, detestandumq; illum Gilippum vias inter
munimentem ac circūuallantē transfigere valuisset, & tan-
dem Syracusanos in Lythotomias coniicere Atheniēses
vero, cū pristina Alciabiadis spe victoriat, Siciliam & Ita-
liam circumnauigātes fingere potuisset. Cæterū, vt arbi-
tror, neq; Clotho res gestas obliterabit, neq; Atropos in-
uertet. ¶ Idcirco vñ ac præcipuum scriptoris est opus, vt
quēadmodū cūcta acta sint, ita fideliter ea enarret istud
vero præstare minime poterit, quādiu Xerxis sit medicus
illumq; reuereat, vel speret vestem purpureā, seu torque
auream, aut equum nīatum, laudis in historia descripta
mercedē se accepturū. Atqui nō ita faciet Xenophon, scri-
ptori iustus, neq; Thucydides, q; etsi nonnullos priuatim
oderat, longe tamē honestius duxit, veritatē utilitatemq;
publicā, inimiciis añferre priuatis. Itidē si quēpiā amat
nō tamē erranti parcit, Nam (vt dicebam) vñ hoc histo-
riæ coiuenit, vt qui illam scribere aggredit, soli sacrificet
veritati, reliq; vero cūcta negligat. ¶ Est insup penitus cu-
bitus vñus, ac mensura diligēs, vt quis nō solum ad illos
qui nūc audiūt, sed ad eos quoq; qui scripta in posterum
thanibus versaturi sunt, respiciat q; si quis tempori præ-
fetti tantū modo obsequi conaf, adulatoriæ esse factiōis
merito reputabif, quos historia pridem, confessimq; sub
initiū auersata est, haud secus, ac comandi artem gymna-
stica. Proinde Allexandri dictum illud celebrant, Quam
cuperé Onesicrates, inquit, cum defunctus essem, ad mo-
dicū tēpus reuiuiscere, vt cognosceré quo animo scripta

Pars muri
Syracusani
Ducis Sy-
racusani.
Lacedemo-
niū qui in
auxiliū Sy-
racusanoq;
nū missus ē
Vbi lapi-
des effodit
unur.

Qui bellū
Atheniens
sibus cōtra
Siculos
suasit.
Thucydi-
dis scripta.
Fidelis sit
historia,
graphus.
Notat hic
Gesia Cnū
dium.

Ab urbe
Mediz.
Verus sit
historio,
graphus.
Ad æuum
futurū scri-
ptor respi-
ciat.

Arte exerci-
tandi orna-
tū respuit.
Verba Ale-
xandri.

Onesicra hæc posteri lecturi essent, minime enim mireris, si nunc illæ
tes historiæ laudat & amplectitur. Et enī haud minuta quadā in esca
am scripsit Alexandri tione ista, ynusquisq; benevolentia nostrā expiscaturū se
que in inter sperat. ¶ Idcirco Homero nonnulli, etsi fabulose multa
extra.

Strabo li- de Achille retulerit, fidē tamē adhibere solēt, hoc vno ad
broquinto veritatis demonstrationē vtentes argumento, q; nō de vi-
adulatiōis uo, sed iam vita functo scripsit haud enī cuius rei gra-
& falsitas tia mentiri debuisset, inueniūt. ¶ Talis igit̄ mibi scriptor
etis insimul existat, intrepidus, incorruptus, ingenuus, liberæ linguæ
fat.

Homerus ac veritatis amicus, quiq; (vt Comicus inquit) ficus ficus
de Achille scapham vero scapham nominet, non liuori, non amici-
tiaz indulgeat, nemini parcat, nullius ducat misericor-
dia, nullo corripiatur pudore, nō animo flectatur, iustus

Aristophana sit iudex, omnibus beniuolus, ysq; adeo, vt ne quid alteri
nes rē suo plus iusto tribuat, peregrinus in librīs, sine ciuitate, suis
nominet vocabulo. viuēs legib⁹, rege carēs, haud cōsyderās, an illud seu ali-
Læs Thucydi- ud cōueniat, sed quid factum sit enarrat. ¶ Admodū igit̄
scribendi recte Thucydides sanciuit, virtutēq; historicā ac vitiū se-
legē tulit.

creuit, cum vidisset ingenti esse admirationi Herodotum
adeo, vt libri eius Musarum noībus appellari meruerit,
quos suppellectilem potius esse dicit ad perpetuam scri-
bendi normā, q; in præsens certamen, nec fabulositatem
amplecti, sed veritatem rerū gestarum posteris relinque-

Thucydides spicere, sicq; rebus publicis bene vti valeat. Igit̄ qui men-
tē historiæ quisq; finem esse historiæ censere debet, scilicet, si quādo
finē esse di iterum similia accidat, vt hoīes (inquit) ad præscripta re-
cit.

Nūc de Sti- lo agit. spicere, sicq; rebus publicis bene vti valeat. Igit̄ qui men-
tē talē sortitus sit, mihi scriptor obtingat. ¶ Quantū ve-

Polybium ro ad stilum, vimq; pertinet elocutionis, haud vñhemēti
notat. illa & aspera, necnō piodis fr̄cquēti, argumētatiōibusq;

contorta, reliquæ Rhetorice acrimonia, nimis argute
scripta sua inchoet, sed sedatius incedat. ¶ Sententiae ve- Tractat de
ro sint ordinatae, densæ, & sibi instantes. At dictio sit aper- sententiis.
ta & civilis, & quæ insigniter materiam ppositam ostendere modus.
valeat. Quoadmodū enī loquendi libertatē ac veritatem
scriptoris menti, Scopum cōstituimus, Ita & eloquutioni
ipius, unus ac potissimum est scopus, aperte demonstra- Dicendi
re, ac dilucide res gestas enarrare, nō verbis abstrusis, ex-
orbitantibusve, neq; plebeis illis ac cauponariis, sed ut
multi intelligat, eruditi vero laudent. ¶ Oratio præterea Oratio si-
figuris ornetur nō molestis, maxime vero in affectatis, ac gurgi care-
minime ambitionis, Alioqui iuri opipare nimis condito, Sententiae
similis reddetur sermo, ¶ Sententiae vero, ad magnificam ad grauitate
illam poeticā & elatam accedant grauitatē, de qua obiter tē poeticā
participet, præcipue cum ordinibus structis, infesto mar- accedant.
te, naualive configit certamine. Opus enī tum erit poeti- Lucianus
co aliquo vento, qui classem secūdo impellat flatu, quiq; hic obser-
in altū, summasq; p vndas naues puehat. At stilus inter- uat quæ p-
rim p terrā incedat, verū tamē sublimitati ac venustati re- cipit.
rum enarrādarū adaptando se extollat, & quoad fieri po-
terit, assimilet, non peregrinabundus, neq; intempestiuæ
debacchabitundus. Prælicenter etenī euagari, & in poeti-
cū furorē præcipitari, periculū est maximū. Idcirco præ-
cipue sunt tum habenæ moderanda, ac cohibenda, cum
haud obscurum sit, ex insolentia nimia, morbū non exi-
guum generati, longe igit sarius erit, vt cū mēs equo ve-
hatut, eloquutio pedestris, appræhēsa sella, ne ab impe- Cōpatio,
tus derelinqua vehementia, cursu subsequat, ¶ Atqui Structura
verborū structura vtendum est media & tptata, nō nimis verborum
semota & circumducta, Asperū etenī, neq; muneris fer-

D

me (vt a multis fit) copulata, hoc nāc^q culpabile est, illud
Ordo retū vero audiētibus insuaue. ¶ Ceterum res ipsæ nō sunt vt
sors tulit cōponendæ, sed laboriose & anxie eadem sēpi-
us recensere oportet, & maxime quidē præsentē & intro-
spicientē. Sin minus, saltim eos imitati, q fideliter res ge-
stas enarrant, quosve suspicari qs valeat, quā minime vel
ad gratiā, vel ad odiū addere, vel demere. Inde etenī cō-
jectura initiū sumet, verisimilia scriptorē illū cōposuisse.
¶ Postq^z vero cuncta seu pluria collecta fuerint, primo
ex eis cōmentaria quadā cōtexat, ac in corpus rude & in-
forme redigat. Deinde ordinē adhibeat, cultū inserat, sti-
lum ornet, aptet & concinnet, penitusq^z tum Homerico si-
milis sit Ioui, iam Thracū equestriū terrā spectanti, iam
vero Mysonū pariter & ipse quæ sunt Romanorū sepe
ratim inspiciat, nobisq^z significet, qualia videant sibi ab
excenso cōtemplanti. Dehinc Persarū quoq^z, Inde vtrāq^z
cōsyderet partē, num manus sint cōseruri, cūq^z acies iam
instruunt nō ad partē vnā respiciat, necq^z equitē vnū, seu
pedite, nisi Brasidas qs p̄siliat, seu Demosthenes muniti-
ones incidat, Primū duces intueat, & si qd præceperint,
num milites audierint, quo modo, qua rōne, quove consi-
lio illos collocarit, ex ordine referat. ¶ Postq^z vero cōgressi
fuerint, cōe sit spectaculū, & quæ getunc tanq^z in libratū
expendat, vnaq^z psequat, & vna fugiat, hisq^z oīb⁹ men-
fura adhibeat, haud ad sacietatē tñ. nec insolēter, necq^z iu-
nilariter, sed facile cūcta absoluat, sistēs illic vbi hæc, ad
illa (si res vrget) transeat, inde reuertat, solutus, cū illa vo-
cauerint, ad oīaq^z festinet, & quantū possibile erit, uno ac
eodē tpe singula ptractet, ab Armeniaq^z in Mediā trans-
uolet, inde eodē impetu in Hiberiā p̄gat, postea in Itali-
am, ita vt nullū tempus intermittat. Maxime vero specu-

lo illini, lucida, & exacto centro, silem repräsentet mentē
Siquidē quales rerū imagines suscepit, tales quoq; illas red-
det, distortū vero seu decoloratū, a Iteriusve formæ nihil, Quicx
nō enī Rhetorum more scribit, sed vt exponenda sunt, ita inusca faci-
enarrent, iam enī sunt gesta. Sic aut ordinare & dicere ea ^{unt Elephā}
oportet, vt nō querendū sit illis, qd dicāt, sed qualiter di-
cant. ¶ Proinde penitus arbitrandū est, historiæ scriptorē
Phidiaz seu Praxiteli, aut Alcameni, vel alii illorū cuiuspiā Cōpatio
silem esse oportere. Etenī neq; illi aurum, seu argentū, vel
ebur, aliamue materiā faciebāt, sed eā iā existentē, Elai,
aut Athenienses, aut Argini, erogātes, antea disposuerāt,
Illi vero dumtaxat formabant & secabant ebur, inde pos-
liebant, glutinabāt, cōcinnabāt, ac flosculorū instar auro
inspargebāt, Siquidem illud ars eorū erat, vt affabre ma-
teriā adaptarēt. Tale igit̄ historici opus erit, vt res orna-
te disponat, ac p virili eas q̄ euidentissime repräsentet/
Cū vero auscultator, quæ dicunt̄, subinde se cernere arbi-
tratur, Interimq; laudibus psequif̄, iam tū exacte labo-
ratū est, debitamq; laudē in ope historico cōsequutus est
Phidias. ¶ Cūq; pata sunt iam oīa, absq; procēmio qñq; Nominat
ordiaē, vt pote, cum res, vt qd præmittat nō admodū vi-
get. Eandē tñ vim habente principio vtaf̄, quo manifeste
indicet, quib⁹ de reb⁹ sit dicturus. Cum vero procēmiū
facit a rebus duab⁹ tantū, nō a tribus (vt rhetores facere
solent) inchoet. Namquicqd ad benevolētiā attinet, præ-
termittat. Audientesq; tantummodo attentos seu dociles
reddat. Id fieri, si ostendet, q; de rebus magnis, vel necessa-
riis, seu domesticis aut utilibus verba sit facturus. Intelle-
ctu vero facilita, luculentacq; sequētia efficiet, si causas ex quomodo
ordie exposuerit, rerūq; gestarū capita cōmode distinxerit

D ii

Phidiā p
pter. excē-
lentiam.

Quō histo-
ria sit icho-
anda.

Attenti
quō fiant.

Dociles

quomodo

Herodoti Talibus vñi sunt proœmiis scriptōrū excellentissimi. **He-**
exordium. rodotus quidem, ne facta temporis lapsu deleantur, cum
Thucydi magna sint & miranda, victoriasq; Græcorum calamita-
dis princi ptesq; ostendant Barbarorū Thucydides vero, & ipse spe-
rium.

rans bellum illud fore memorabilius, ac superioribꝫ ma-
ius, quādoquidem calamitates maximæ in illud incide-
Proœmiū. rint. ¶ Proœmiū vero magnitudo, pportione sua rebus re-
cte cōueniat, seu plongatione, siue abbreviatiōne, ab il-
loq; ad narrationē contextilis ac ductilis sit transitio. Re-
liquum enī historiæ corpus, reueta nil aliud, q; perpetua
est narratio. Quapropter virtutibus illustret p̄priis, le-
uiter ac plane pcedendo, æqualiter tamē, ne p̄mineat, ne
ve deprimat. Dehinc manifeste dicendi exornet elegan-
tia, parata (vt dixi) ac rerū gestarum cōexione decorata

Narratio. Sic enī cuncta absoluta ac perfecta reddet. ¶ Cumq; in
principio satis elaboratū fuerit, introducat secūdū, prio-
ri coherēs, & cathezæ instar cōplicatum, ne historiæ cor-
pus truncū remaneat, neve narratiōes sint q; plurimæ, ac
inuicē cōfusæ, sed semp primū secūdo, nō solū sit vicinū,

Brevitas & verū & coniunctū, ac magnope p̄mixtū. ¶ Celeritas vero
enarrandis oīm maxie est utilis, præcipue vero vbi inopia narrādo-
rum impedimento nō fuerit. Hanc autē nō tam a vocabu-
lis seu verbis, q; arebus ipsis sumere oportet. Dico autē
si exigua ac minus necessaria transcurras, magnaq; suffi-
cienter enartes. Immo vero plurima omittas. Haud enī
cum amicos conuiuio acceperis, omniaq; parata fuerint,

Cōpacio Propterea in mediis bellatiis, & alitibus, totq; ollis ac
Piscis utilis apries, necnon leporibus, & suminibus. Saperdem appo-
simus qui nes, vel fabas, etiam si tale quid coctum fuerit. Siquidē
& Coraci, viliora illa negliges. Maxime vero in montiū, mœnium,
nus.

& fluminum descriptio ne, temperandū est, ne insolenter Eloquenti
vim verborū ostentare, historiamq; prætermittendo, rem am tuam.
tuam agere videaris. Sed vtilitatis & claritatis gratia pa-
rumper delibando transibis, viscum in hac re, omnemq;
escam talem euitās. Quéadmodum & Homerū magna-
nimiter facere cernis, quāuis enī poeta existat, Tantālū
tamen, Ixionē, Tīcyūq; ac reliquos cursim præterit. Qd'
si Parthenius, vel Euphorion, seu Callimachus dixisset,
quotnam putas carminibus, aquā ad Tantali labia vscq;
perduxisset? Dein quot Ixionē circumrotasset. Quijmo,
Thucydides ipse, paucis, in tali dicendi genere vſus est
Consydera etenī, q̄ subito absistat, cum machinā, seu ob-
ſidionis figurā necessariam & vtilem describit, vel etiam
vbi ciuitatum situm, aut Syracusanorū portum ostendit.
Atqui cum p̄stem enarrat, q̄uis prolixus esse videat, si
tamē res exactius consyderaueris, sic ipsius celeritatem co-
gnoscet, nam a rerum gestarū copia, q̄uis fugiēs, tantum
nō obruitur. ¶ Cum vero aliquando orantē quempia in-
troducere oportebit, præcipue pſonæ cōgruētia, reicq; pc-
culiaria dicantur, acea q̄ manifestissime pmissum est ta-
men aliquā rhetorisare, eloquētiæq; vim palam ostendere.
At laudes ac vituperatiōes admodū sint parcæ, accōsyde-
ratæ, omniq; careant calumnia. Et quoniā extra forū ver-
santur, demonstratiuæ, acceleratæ, ac minime intempesti-
uæ existāt. ¶ si secus fiet, cum Theopompo merito quis
culpabitur, odiose plurimos accusanti, & hac in re adeo
imorāti, vt poti⁹ accusare, q̄ res gestas enarrare vidcat.
¶ Porro, si fabula quæpiam inciderit, exponēda quidem
erit, nō tamē omnino cōfirmāda, sed in medium ponēda,
quatenus ynusquisq; de illa suopte arbitrio coniicere va-

In Odissa
libro xi.

Thucydi-
dis brevis
dicendo.

De Cōcio-
nibus nūc
verba facit
Nōnunq;
in historia
eloquentie
vires osten-
dere licet.

Theopom-
pus arguit
q i Philip-
pi amicos
acriter iuc-
ctus est.

Quō fabu-
la scribēda

leat, fides vero tua min⁹ periclitabitur, si ad neutrum im-
clinationis eris. ¶ In summa huius mihi memor esto, sapi-
us illud idem refero, vt nō solum ad præsens respiciendo
scribas, quo nunc existentes te laudibus psequant & ho-
norent. Sed ad vniuersum tuum cōiectando, ad post fu-
turos potius elabores, ac ab illis mercedem scripturarum
tuarū expostules, vt de te dici queat, vir ille ingenuus, lo-
quendiq; libertate plenus erat, nil adulatoriū, necq; serui-
le protulit, sed cunctis in rebus solam veritatē amplexus

Potius fa-
tuta q; præ-
sens hilt,
rīz fama
quærenda.

Strabo li.
xvii. &c Pli-
nius libro
xxxv. me-
minit.

Paretonia
Civitas iu-
xta Alexā.
driam quā
& Ammo-
niam vos-
cant Au-
chor See,
phanus.

Ptolomei
Philadel-
phi.

Hæcerat
inscriptio.

Frustra
Drogenis
instar.

est. Id si q; sapit, præsenti actam momētanę spei vniuer-
ſæ, anteponet, ¶ Cernis ne quid Cnidius ille Architectus
fecerit: cū turtim pulcherrimā, & omniū maximā in Pha-
to Aegipti fabricaret, vnde p imensum Pelagis pacium,
nocturna nauigantibus ostenderent lumina, ne in Pare-
toniā inciderent, periculosissimā (vt aiunt) ac vnde nullū
pateret effugium. Constituens igitur molem, clam in mu-
ri ipsius lapide, suum incidit nomē, cūq; id calce oblinis-
set ac abscondisset, nomen tum regnatis sup inscr̄psit, cō-
syderans (id quod accidit) vt haud multo post, litteræ cū
tectorio simul opere decideret, atq; appareret, Sostrates
Dexiphanis Cnidius diis salutaribus pronauigantibus.
Ita ille nō ad seculum suū, nec vitā prospiciebat breuiſli-
mam, sed ad æternitatē, ac tēpus præsens. Quādiu enī tut-
ris illa stabit, tamdiu & ars ipsius permanebit. Taliter ita-
q; historiā quoq; cum veritate potius ad spem futurā, q; cum adulatio[n]e ad oblectationē eorum qui nūc laudanē
conscr̄bere oportet. Hæc tibi regula & amissis historiæ
iustæ, qua si qui metiri voluerint, bene crit, ac in usum de-
centem a nobis scriptum est. Sin minus dolium circūuo-
latum est in Crano,

REVERENDO AC LONGE PRAESTANTE
viro Domino Iacobo de Bannissis, Cæsarea Maiestatis
statis a consiliis & secretis Decano Tridentino dignissimo
Bilibaldus Pyrkheymer S P D:

¶ Ab Imperiali aula, quæ tum i Oeni celebrabat pontem
te insalutato, vir Clarissime, abire coactus sum, quoniam il
lustrium Bauariae ducum controvërsia, ob quam a Repub:o nostra, illa legatus eram, iam finē sortita esset, tuq;
Majestatem Cæsareā, confessim ad Caprearum venatio-
nem, in saltus atios, præruptaq; mōtium cacumina per-
gentē, infecutus fuisse. Domū interim regressus, Lucia-
ni Samosatensis illius, Salsi ac omniū facetissimi, cōmen-
tarium de struenda historia, e græco in latinū (etsi tot ne-
gotiis onustus) veriti. In quo, nō solum scriptorū ineptias
vt affolet, vafre p̄āstringit, ac mordendo irritet, Sed &
graphice, quo pacto historia sit texenda, præter cōsuetu-
dinem instruit. Illum igitur Cæsaream majestatem, tanq;
maioris vt nosti, moliminis p̄æcursorē, adire iussi, addi-
to mādato, vt te imprimis cōueniret, pariterq;, neglectū
officiū meum suppleret, ac Critolai lance se expenden-
dum, seu maiis Aristarchi obelis transfigendum, exhibe-
ret, haud ignarus, me fusam illam ac vberimā græce lin-
guæ elegantia, orationisq; agmen rotundum, ac modulo
numerotū venustū, nequaq; repræsentasse quis enī p̄æ-
stare id valeret? Vtrum vero tumultuaria, & nocturna in-
terpretatiōe ista, a rebusq; forensibus, & seueroribus le-
gum studiis suffutatis lucubratiunculis, p̄æciū opere fe-
cerim, seu doctis satisfacerim autibus, ex tuo ac aliorum
etuditorum pendebit iudicio. Quapropter, ne mei laba-

ris amore, censuraz perq̄ emunctz, celeberrimū Diui Se-
baldi Präpositum Melchiorem Pfintzing, cōterraneum
meum, Sebastianū Sperantium Präpositum Brixensem
dignissimū, Ioannem Stabiū Mathematicū & Historio-
graphum insignem, adhibebis, quos omnes honoris ac
eruditionis gratia apello, vt cum tecū hæc musarū cater-
ua scriptis meis album adiecerit calculum, tum dēnum,
Imperatoriam Maiestatem, religiose adorādi, vestra cō-
mendatione, Luciano meo licētia cōcedat. Proinde, q̄ ti-
bi homini in rebus tam arduis occupatissimo, subcīsiua
hæc nugalia, subcīsiuis horis examinanda offero, haud
(sat scio) moleste feres, quandoquidē, cum sis eiusdē Mu-
ſæ vir, studia hæc leuiora, tanq̄ oblectamenta quādam,
haud penitus aspernaris. Sed animi laxandi gratia (vt
& mihi euenire solet) ad suauia & blanda hæc ocia, poti-
us q̄ negocia, sapissime diuertis. Boni igitur cōsules, &
vt tua est humanitas benigne excipies, quæ tibi iam sin-
cero & candido offero animo. Incertus plus te suspiciam,
amemve. Non solum qnoniā inter primores polleas au-
licos, seu q̄ auctoritate, & gratia, plurimū apud Maiesta-
tem præstes Cæsaream. Verumetiā quoniā rerū pruden-
tia, animi pbitate, eruditione singulari, vſu, & experien-
tia, opido q̄ inter cūctos excellas homines adeo, vt ma-
ter natura, nō nouerca, tot virtutibus te nō solum ornasse
sed potius cumulasse videatur. Veruntamē ne nil mode-
stiz tuæ tribuisse videar, facius fortassis erit stilo tempe-
rare, q̄ parum digna de te in mediū proferre. Vela igit
cōtraham, obseruantissime ac iucundissime mi Bannissi,
laudesq; tuas innumerās, longe meliorib⁹ olim celebran-
das, iam reseruo. Interim mei memor vale, ac Xenophon

**tis de rebus Greecis libros septem, in latinum a me ver-
sus, si solum praeternisiis occupationibus breui recogno-
scere licebit, tantum non in manibus habere existimat. Nu-
rembergæ Kal. Decembris Anno ab humanae salutis
instaurazione M, D, XIII.**

**Finit Lucianus de ratione conscribenda
historia, Impræssus Nurembergæ
per Fridericū Peypus Men-
se Marcio Anno.
M, D, XV.**

**DIVO MAXIMILIANO SEMPER AV.
GVSTO FOELICITER IMPERIVM
MODERANTE,**